



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

**Parisiis, 1644**

Epistola X. Leonis Papae I. Ad Flavianvm Constantinopolitanvm  
Episcopvm. Contra Eutychetis perfidiam & haeresim.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14584**

quod est veritatis, inspiret, neque falli vos in aliquo humanarum calliditatum æmulatione patiatur. A me autem, atque ab omnibus catholicis sacerdotibus, quæ euangelicæ fidei pietas defendat, satis plene ac lucide literis meis, quas clementiam vestram iamdudum per famulum vestrum Epiphanium tribunum, qui pro hac causa missus est, arbitror vos accepisse. Ratum est nec ambigi potest, hoc nos purissime credere, hoc constanter asserre, quod etiam venerandi patres, quōdam apud Nicæam congregati, secundum fidem symboli credendum & confitendum sacratissima auctoritate sanxerunt. Nos enim, venerabilis imperator, sicut Nestorii dogma peruersum merito anathematizauimus, ita iuste etiam horū impietatem, qui veritatem carnis nostræ negant a Domino Iesu Christo suscep tam esse, damnamus. Vnde si pietas vestra suggestioni ac supplicationi nostræ dignetur annuere, ut intra Italiam habere iubeatis episcopale Concilium, cito (auxiliante Deo) poterunt omnia scandala, quæ in perturbationem totius ecclesiæ sunt commota, refecari: ut per vniuersum regnum vestrum catholicæ fidei integritate seruata, & pacem Christianam manere, & vestram apud Deum crescere gloriam gaudeamus. Data octauo Kalendas Iunias, Astero & Protogene viris clarissimis consulibus.

## EPISTOLA X.

## LEONIS PAPÆ I.

AD FLAVIANVM CONSTANTINOPOLITANVM

EPISCOPVM.

Contra Eutychetis perfidiam &amp; hæresim.

*Leo episcopus, dilectissimo fratri Flaviano Constantinopolitano episcopo.*

**L**ECTIONIS dilectionis tuæ literis. *Vide reliquum in Concilio Calchedonensi, parte 2. actione 2.*